

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
DE  
**OSCULO MORBIFICO**  
**ET MORTIFERO,**  
**Son schädlichen und tödtlichen Fuß,**

*Quam-*

AUSPICE DEO PROPITIO,  
Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Medicæ,  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R E S I D E

**DN. D. MICHAEL ALBERTI,**  
SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES.  
SORE PUBLICO ORDINARIO, etc.

FACULT. MEDICÆ SENIORE, DECANO SUO SPECTATISSIMO,  
*Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,*

**PRO GRADU DOCTORIS**  
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE.  
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONVENTIS

ANNO MDCCXLVI. D. AUG.

*Publicæ ac placida Eruditorum ventilationi subjiciet*  
RESPONDENS

**JOHANN GOTTLÖB HENTSCHEL,**  
BISCHOFFSWERDA MISNICUS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

DEO TER OPTIMO ET MAXIMO  
OMNIS MEDICINAE AUCTORI,  
CONSERVATORIQUE BENIGNISSIMO,  
**PATRIÆ PATRIBUS CONSCRIPTIS**

SPECTATISSIMIS,  
DOMINIS MEIS OMNI OBSERVANTIA COLENDIS,

VT ET

**ILLUSTRIBUS,**  
**EXCELLENTISSIMIS, PRÆNOBILISSIMIS, DOCTISSIMIS,**  
**ATQUE EXPERIENTISSIMIS**

**VIRIS**

PER TOTAM VITAM SUMMOPERE DEVENERANDIS,

QUORUM SOLIDA ERUDITIONE, DOCTRINAQUE IMBUI  
TAM IN CELEBERRIMA FRIDERICIANA,  
QUAM GYMNASIO, QUOD BUDISSÆ FLORET,  
MIHI LICHIT,

NEC NON

**GRATISSIMIS, ACCEPTISSIMISQUE**

**MEIS PARENTIBUS,**  
QUIBUS PROXIME, ET SECUNDUM DEUM VITAM MEAM, PATRIMONIUM,  
SALUTEM, OMNIAQUE MEA EX FILIALI OBEDIENTIA DEBEO,

DENIQUE

**MÆCENATIBUS, PATRONIS, FAUTORIBUS,**  
**ET AMICIS**

OMNI HONORIS CULTU SUSCIPIENDIS  
**HANC INAUGURALEM DISPUTATIONEM**

IN GRATISSIMI ANIMI MEI MONUMENTUM  
PRO TOT, TANTISQUE BENEFICIIS IN ME IMMERENTEM HUC USQUE COLLATIS  
OMNI RELIGIONE, PIETATE, REVERENTIA,  
SUBMISSOQUE ANIMI AFFECTU

D. D. D.

RESPONDENS.



## PROOEMIUM.



Officia, quibus homines invicem famam, honorem, commodum, salutem, incrementum ac singula bona animi & corporis promovere solent, id efficiunt, ut ei, cui præstantur grata & accepta sint, adeoque ipso effectu proficiant, non officiant: ideo CICERO I. offic. inquit *nulla vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest: in eoque excolendo sita est vitæ honestas & in negligendo turpitudo: quam ingenuo, prompto ac placido affectu animi, amica talia officia sæpe præstantur, attamen nonnulla eorum partim onerosa & molesta, partim incommoda & noxia sunt, quando animum, vitam & sanitatem pro fratribus & amicis ponere & relinquere quidam solent aut plane*

debent: quid dicamus de fida, honesta, proba & integra conjugi, quæ ex officio amoris voluntatem suam proprio suo marito subjicit & partim mutuo consortio in operosa, molesta & intricata sœpe cœconomia, partim propagatione sobolis ex graviditatis, puerperii, lactationis, ablationis &c. statu & causa manifestis virium decrementis, sanitatis offenditionibus, imo sœpe vitæ periculo & jaeturæ expoununtur; sub qua consideratione quæstio medico-legalis oritur, an uxor teneatur jure viculi matrimonialis cohabitare marito, qui corpore impuro & morboso affectus est, unde varia consequentia mala, in uxorem transcendentia & communicabilia metuenda sunt: quod argumentum in casibus forensibus ventilatur & pro uxorum sanitate conseruanda deciditur: ita variis modis ac exemplis probari potest quod officia amoris pro salute & sanitate proximi conservanda interdum valde molesta, aliquando etiam plane funesta sint; testimonio eorum, qui ægris, morbo summe periculo, pestifero, maligno, contagioso decumbentibus ministerio & cura pro anima & corpore adsistunt propriamque suam sanitatem & vitam magno aut certo exponunt periculo: qua de causa veritati consonum est assertum *CICERONIS* quando *II. de offic. c. 18.* dicit: *sunt officia, quæ aliis magis, quam aliis debentur:* ob id etiam jus naturæ concedit, ut in officiis charitatis præstandis prudenter obseruemus, ne nostro insigni damno aliis, sine certo, necessario & congruo commodo ministremus, sicut porro amor a se ipso incipit, & dein proximum sicut

sicut nos ipsos diligere jubet, ita officia charitatis aliis non debemus, quando inevitabile damnum inde expeſtandum est. Nec quidem propterea effatum AMBROSI Ep. 2. ad Corinth. improbandum est, quod *ficta charitas sit, quæ in adversitate deserit,* quando videlicet hoc officio amoris proximo in rebus adversis solatium & opitulationem acquirere & promovere possumus; ita mulierem obligatio divina & naturalis cogit, ut marito officia æqua, justa & necessaria præster, quæ salutem animæ & corporis illius promovere possunt, etiam si sub hoc ministerio illa incommoda & detrimenta extimescere possit: Quolibet igitur tempore medici testati sunt, quod non indiscretim medicus obstringatur officio artis suæ quibuslibet succurrere; pertinet hoc testimonium HIPPOCRATIS Lib. de arte & Lib. 1. de Morbis, quod *nefas sit ægris morbo victis aut deploratis remedia prescribere, quod non recte sit, si quæ sanatu impossibilia sunt, quis sanaturum in se recipiat;* cum quo GALENU斯 Com. 1. aph. 8. Com. 2. aph. 29. & in Meth. Med. Lib. 2. cap. 9. consentit: Sic pariter C E L S U S inquit: Lib. 5. c. 26. prudentis hominis est, eum, qui servari non potest, non attingere: conf. P. Z A C C H I A S Qu. med. leg. Lib. 6. tit. 1. qu. 8. Propterea officia humanitatis, amoris & beneficii sua habent tempora, loca, subjecta, suos gradus, limites, respectus & fines: quare CARRARIUS de med. & ej. offic. P. 2. inquit, quod medici privati, qui publico stipendio & juramento non sunt vinculati, cogi non possint, qui in foro conscientiae tuti sunt, si ad ægros curandos

randois ire recusaverint: idem etiam BOHNUS de  
 off. Med. Dupl. P. 1. c. 4. p. 60. affirmat, quod in non-  
 nullis casibus medico liberum sit, medelam suscipere  
 ac detrectare; inquit porro: quid obliget ergo medicum  
 ut cuivis operam suam roganti assurgat, non appareat:  
 nimur nec natura, nec lex, nec contractus &c.  
 Sed hæc libertas non in abusum duci debet, siquidem  
 christiana æquitas etiam postulat, ut ægris, quippe  
 deploratis, solatio & qualicunque linimento subvenia-  
 mus, idque efficiamus, quod SENECA de se profes-  
 sus est: Lib. de vita beat. c. 17. non perveni inquit ad  
 sanitatem, nec perveniam quidem; deliriamenta magis,  
 quam remedia podagræ meæ compono, contentus si ra-  
 vius accedit & minus verminatur, sic etiam cum aliis  
 officiis amoris res comparata est: etenim ipse amor  
 aut affectu aut effectu sæpe multa pedissequa com-  
 plectitur detrimenta, præcipue si quoad moralem  
 intuitum immodicus, excedens, anxius, impatiens, in-  
 satiabilis & impetuosus est, de quo deinceps illud  
 OVIDII valet de art. am. L. 2. v. 515. quod juvat exi-  
 guum est! plus est, quod laedit amantes - - - tot sunt  
 in amore dolores, quæ patimur, multo spicula felle ma-  
 dent: talis imprudens amor aliquando ipsum phil-  
 trum est, quando immorigera ingenia brutino ma-  
 gis cestro & orgasmo incastum amorem concoquunt,  
 unde insignes rationis confusiones & furiosa inter-  
 dum deliria oriuntur. conf. HORSTIUS de natura  
 amoris, ROLFINCK. Lib. 2. conf. 9. p. 142. præterea  
 talis immodicus aut impudicus amor varias corporis  
 ægritudines causatur, quod SUIDAS in εξ ἐρωτος p. 301.  
 indi-

indicat: quod *ex amore interdum morbus oriatur*: ideo Theocritus aut Homerus *Idyll. II. v.55.* scribit: *Heu mihi tristis amor, quem mihi atrum e corpore sanguinem, velut palustris hirudo inhærens, omnem exsuxisti*: testem insuper producimus **QUE R C E T A N U M**, qui longam seriem morborum, ab ejusmodi pravo amore provenientium, hisce verbis in **DIAETETICIS c.29.** commemorat: *si morbos ex amore prodeuentes spectemus, corporis & animi molitatem parit, languores, lipothymias, syncopes, paralyses, eruditates, omnis generis arthritides, vigilias perpetuas, multosque alios, quos illico author recenset*: vid. **VALLERIOLA Loc. com. Lib.3. c.13. p.413.** *Victor. Pallu in Stadio Medico p.204.* *Alph. Sanctacr. de Melanchol. p.33.* Nec solum ex amore impetuoso & clandestino multi corporis morbi originem ducunt, sed exempla plane mortis ex amore ab attentis & peritis observatoribus allegantur: Inter alia signa, quibus homines invicem officia amoris praestant notanda sunt oscula, quæ vel honesto & pudico, vel lascivo & voluptuoso modo nunc causa, alibi effectus amoris esse solent: quare **WILLISIUS in Oper. ubi de distributione nervorum c.22.** agit, causam reddere nititur, cur oscula mutua labiis impressa affectum moralem & organorum genitalium commotionem illecebrosam irritent & excitent: quod vero hoc officium amoris interdum cum insalubritate & consecutione atque effectu perniciose combinatum sit, non solum rationibus & exemplis moralibus, sed etiam physicis probari potest; qua de causa in **Medico foro**

foro de oscularum puritate & impuritate aliquando tractare & differere licet: hinc præsenti inaugurali Specimine de OSCULO MORBIFICO ET MORTIFERO agere constituimus: cui labori ut cœlestis bonitas propleros largiatur successus, in ostio hujus tractationis precamur.

## §. I.

**Q**uod *Suavia*, amico & *sincero* animi affectu data, interdum *malum* effectum habeant, imprimis autem *vita* & *sanitati* quandoque *perniciosa* existant, *præsentis* disquisitionis argumentum est. Secundum *communem* acceptiōnēm *Oscula Signum amoris & benevolentiae*, imo exquisitae, firmae, sincere & singularis propensae *familiaritatis* esse debent: ideo ap. *Ehræos* erant *signum Solutariensis*, & in primitiva Ecclesia *Signum Charitatis & Pacis*, juxta i. *Petr. 5. v. 14.* i. *Cor. 16. v. 20.* vid. *TERTULL.* de orat. c. 14. BYNÆI Cbr. crucif. c. XI. s. 8. p. 377 sq. MÜLLER de *Osculo Sancto*. KEMPIUS de *osculo*. apud illos autem tria oscularum genera familiaria & consueta fuerant, *primum* erat *osculum propinquorum*, quo se salutabant; *alterum* fuit *osculum separationis*, quo a se invicem *valedicebant*, *tertium* extitit *osculum magnitudinis* s. *Homagii*, quo reges principesque agnoscebant & *subjectione* venerabantur: quare *adorare*, ad *os referre* & *osculori* unum eundemque denotabat actum & affectum: eodem significatu *Basia* nominabantur *oscula Pacis*, referente *AMALARIO de Ecclesiæ off. Lib. 3. c. 31. 32.* hinc antiquitus varia *prædicata oscularum Pacis, fidei, charitatis & securitatis* innoverunt, ram

lem cultum *subjectionis* & *religiose* *venerationis* per osculationem duxerunt Israëlitæ in *abusum* & *idolatriam*, quando Deos suos *fictios* ac *imagines* osculis excipiebant, referente SPENCERO de legib. *Hebræorum ritualibus Lib. 1.* cap. 3. p. 237. & provocat ad textum *Hosea 13. v. 2.* in quem locum imprimis conferendus est MARCKIUS in *Comm. in 12. Propb. min. in b. l.* ubi etiam agitur de *Idolatria*, quæ committitur, quando *Papa pedes* osculis, velut *religiosa* *devotione*, honorantur: addit denique ille author: *cultus religiosus per oscula in oriente æque & magis, quam Romæ fuit exhibitus*; MARTINIUS in *Lexico Philologico* refert, quod *Scholastici septuplex osculum memorent, unionis videlicet, amoris, reverentia, honoris, reconciliationis, pacis, impia proditionis, lasciviae & procacioris*: porro indicat, quod *osculatio varia sit, objecto & fine: osculabatur enim os, coput, malam, humeros, aut manum, aut tergum manus, ad significandam benevolentiam, gratiam vel subjectionem*. Sic porro *Græci* *sacrum & religiosum cultum osculo offerebant, & Romani osculo benevolentia se invicem salutarunt, teste CASAUBONO ad Jul. Suetonium c. 13. idem recenset MARTINIUS l. cit. tit. *Osculatio ad fin. Osculandi ritus ap. Romanos quoque erat: Osculabantur autem propinquas, non tamen si famosæ essent: CIC. IV. de Republ. atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant*. Non minus ap. *Belgas & Gallos* oscula sunt *amicitiae & salutationis vulgaria indicia*, annotante HOFMANNO in *Lexico*. Præterea ex *Historia Ebræorum* constat, quod *Doctores discipulos* suos ex amore osculis excepterunt: vid. LIGTHFOOT hor. *bebr. p. 484.* de *SOCRATE* referunt historiæ, quod *Sodomiae Crimine diffamatus fuerit,**

B

quo-

quoniam formosos pueros & discipulos osculis & complexibus sicut, conf. SENECA de vit. beat. c. penult. & TERTULIANUS in *Apologeto* c. 46. CHARMIDES in *Xenophonis Convivia* p. 698. Non aliter testatur BYNÆUS l. c. p. 337. quam quod orientales gentes amicos obviam euntes oscula salutaverint: juxta communem igitur consuetudinem oscula erant signum intimioris amicitiae, inde sec. JCtos *jus oscularum augebat jus sponsaliorum*, conf. CONV. RITTERS-HUSIUS, *Paulus Franc. ROMANUS, Franc. STYPMANN de osculis.* De Megarensibus scribit Cael. RHODIGINUS Lect. Antiqu. Lib. 15. c. 9. p. m. 788. D. quod inter eorum pueros vere inuenire certamen oscularum ogeretur, quiq[ue] suavius amantem effe osculatus, corollis onustus abiret: idem etiam Lib. 4. c. 3. p. 175. C. testatur, quod ap. antiquos osculario genus adorationis, honoris & salutationis extiterit. conf. Lib. 30. c. 8. fin. inde liquet, quod hoc Signum amoris & honoris ingenua intentione bonum scopum habuerit; secundum nostrum intuitum autem atque propositum, quod interdum oscula aliis bono animo collata, perniciosa vici- sim operationem & consecutionem habuerint.

## §. II.

Sunt præterea quidam, qui oscula nominant tales oris contracti, compressi, aut sec. Martinium parvi admonitionem, velut ritum promittendorum & præstandorum officiorum; ita enim hic author sub voce BASIUM scribit, *Donat. in Eun 3 2. tria sunt osculandi genera, Osculum scil. Basium & Suauium: Oscula officiorum sunt, basium pudicorum affectuum, Suavia libidinum vel amorum.* Perotus ita exponit, ut osculum officii sit, ut cum e longinquu redentes salutamus atque osculamus. Basium pudicorum, ut

Patris

*Patris in filium: Suovium voluptatis.* Osculabantur igitur homines sec. antiquos mores, ritus & consuetudines aliorum os, frontem, oculos, manus, pedes & humeros: nos hoc themate usitata oscula intelligimus, quibus ore alterius os hujusque labia leniter *contingimus*, comprimimus, comprehendimus: hinc recentioribus annis denuo increbuit illa familiaris consuetudo, qua personæ aliquandiu corpore absentes & remota, denuo convenientes, pristinam amicitiam & recentem lætitiam de *nova praesentia* atque conspectu osculo probant, quo invicem genas atque os molliter honesto blandimento comprimunt invicemque suaviter salutant & in adventum gratulantur. *Talia oscula*, quibus os ori admovetur, labia mutua complicantur, & communiter saliva mutuo contactu aspergitur, aut *expiratio ex ore*, naribus & pectore invicem communicatur, proprio sensu ita nominantur, unde a *delicatis* Saxonibus blande & suaviter vocantur in diminutivo ein Mäulgen, Mündgen, or exiguum, contractum, compressum, osculum: de rotibus hoc themate differimus & prædicamus, quod aliquando nexum effectum post se relinquere soleant: Hinc minus consultam, nec salubrem consuetudinem esse indicamus, promiscue peregre advenientes osculo tali salutando excipere, de quibus imprimis dubitandum an *puro* corpore prædicti, an non *morboſa* quadam infestatione vel *toto* corpore, vel in *ore*, naribus & pectore & rotibus affectibus & impuritatibus laborent, de quibus in sequentibus agendum: testem suffragantem hujus cauteiae allegamus *Eduardum MAYNWARINGIUM in historio & Mysterio luis venereæ cap. 7.* Si quis enim de *impuro* & incasto vita genere, de *insobria*, intemperata & *impura*

*dixit*, aut quod in *impuro loco* commoratus sit, suspicio-  
 nem gerit, *buic osculum ferre minus securum est.* Haud  
 tamen afferendum & metuendum est, quod aliorum data  
 oscula similem morbosam infectionem propagare vale-  
 ant. Referuntur nonnullæ historiæ, de quibus ratiō ad-  
 huc dubitare licet, quod *venenosis subjectis* quidam homi-  
 nes *nutriti*, indeque *zoro corpore venenati redditi* fuerint,  
 ut *alii* homines, qui *cum illis* ullum commercium habue-  
 runt, *venenosa letibifera* qualitate contaminati fuerint:  
 memorabilem de hac observatione mentionem facit *RE-  
 JES. in Camp. Elys. juc. qu. 63. num. 4.* sequentibus verbis:  
*Apud AVICENNAM Lib. 4. sen. 6. tr. 1. cap. 2. legitur historia*  
*de anu, quæ napello fuit nutrita sine ullo nocturno, a par-*  
*va quantitate incipiens, quousque assuefacta ad magnam si-*  
*ne noxa pervenit. Puellam quoque aliam ex Ruffo narrat,*  
*quæ veneno nutrita fuit, pura napello, ut Reges, qui cum*  
*ea convenient, interficerentur: ipsa vero tam venenosa*  
*evasit, ut illius saliva animalia erocaret & gallinae ad illius*  
*spurum non appropinquarent. Hac eadem vosfricie *Egy-  
 ptiorum Reges usos fuisse lib. de viribus cordis idem Avicen-**  
*na reculit; nec hoc fallendi venenandique artem Mirbri-  
 datem Ponti Regem ignorasse, testis est RHODIGINUS L. XI.*  
*ant. lec. c. 13. qui aliam bac astutia & colliditate insigniter*  
*venenatam, aspectu vero pulcherrimam a Rege quodam*  
*Indorum Alexandro M. doloso munere oblatam ex Aristote-*  
*le refere lib. de regimine &c. de qua observ. conf. MIZAL-  
 DUS Memorab. Cent. 1. apbor. 59. p. 15. SCALIGER exerc. 175.*  
*MERCURIALIS de morb. venenos. Lib. I. cap. 9. RENODÆUS*  
*Inst. pbarm. Lib. 1. c. 13. MOEBIUS fund. medic. physiol. c. 10.*  
*MERCURIAL. de venen. & morb. venenos. L. 1. c. 6. SCHENCK.*  
*obj.*

obs. Lib. 7. JONSTON. *Taumatogr. Class. 10. c. 2.* SCHURIG.  
*Chrysol. c. 5. f. 82 83 84.* LUDWIG *di Bartbema in itenerario*  
*L. 4. c. 2. Er. Fr. Ost-Ind. Lust-Gart. P. 3. p. 1471.* & plu-  
res alii. Si igitur tales unquam ullibi extiterant *venenati*  
*homines*, de quo adhuc *nobis dubitare* licebit, donec fir-  
miorem & pleniorem de hac narratione certitudinem  
consecuti fuerimus, quis dein dubitaverit, quin *oscula ab*  
*illis* data *aliorum hominum nudis* partibus aut genis, aut  
fronti, manibus &c. *noxam* intulerint, de quibus autem  
*dubiis* casibus uberiorem allegationem & præsumptivam  
explicationem facere haud lubet, sed *certiores & eviden-*  
*tiores observationes & demonstrationes* adducere placet.

## §. III.

Præter hasce annotationes, *generatim* præmissas,  
porro sciendum, quod mos *salutandi* cum *osculis* variis  
gentibus familiaris fuerit, qui vero, ut ante indicavimus,  
*non æque indiscretum* probandus & salutaris existit: id et-  
iam monet *Christianus Franciscus PAULLINI* in der Zeitfür-  
genden Lust P. 2. annor. 15. p. 136 cuius verba: Eine üble Ge-  
wohnheit in Frankreich, Holl- und Engelland, daß keines zum  
andern kommen darf, ohne Kuß, auch die alten Runzel-  
Mäuler nach dieser Thorheit lustern sind. Mein redliches  
Thüringen wußte ehemahls von dieser Weise nichts, jezo  
aber wird sie auch gangbar. Wer kans ohne Unmuth se-  
hen, wann man den armen kleinen Kindern, durch das gar-  
stige Küszen, vorgekaute Speisen u. d. m. den verhaltenen  
Scharbock so frühzeitig einfloßet. Ecquis non horrore  
quodam percutiatur, si quidam *morientes*, aut plane  
*mortuos osculis* deplorente solent: quod amici quidam  
*moribundos osculati* fuerint, testantur *QUINTILIANOS*

*Proem. Lib. 6. Josephus GORIONIDES Lib. 2. cap. 2.* quod ap. veteres propinquū vel amici morientem osculabantur, quasi excepturi fugientem anitam, affirmat CHRYSOSTHOMUS homil. V. quod adhuc hodiernis temporibus id contin-  
gat, ut in articulo & momento mortis quidam amici, consan-  
guinei, cognati, germani & uterini conjuges cum anxiō  
ploratu & clamore osculis insultent & turbent ægros,  
tantumque efficiant, ut mortis dilationem & retardatio-  
nem causentur, dās sie die Sterbenden ausschreyen, quod te-  
stimonio singulari probavit D.N. D. PRÆSES in A.N.C. &  
in Opusculis Philos. medicis obs. I. p 547. de morte critice  
dilata. Quod ipsis etiam mortuis & cadaveribus antiquiores  
oscula dederint, testimonio perhibet BARTHIUS ad  
Statuum Tbeb. L. 12 v. 28. nec desunt nostris temporibus  
imitatores, qui fervente amore concitati, mortuis suis  
osculis valedicunt eosque dimittunt. At dum de osculis  
perniciosis primario agere constitutus, antea adh. in  
memoriam incidit obserratio, qua medici etiam talia  
Suavia certis subjectis agrotanib[us] & in certis morbis sa-  
lubria cognoverant. Constant experimenta, quando ad  
præservandas oculos a variolarum & morbillorum invasio-  
ne, aut ad præservandas fauces a simili contagio, quidam  
homines varias radices alexipharmacas, aut femina anisi,  
fenic. bacc. lauri, Camphoram aut nonnullas resinas ante-  
maſticon & halitu, offlatu aut osculis in palpebras aut  
os delatis, auxilium ferre nituntur, sicut porro os graveo-  
lens halitu & exspiratione alteri valde nauseosum atque  
adversum est, ira ore derentæ aut masticatæ species fu-  
veolentes, aromaticæ, cordiales, analipticæ, diacinnamomi,  
diagalangæ, diaireos, dialauri, diambræ, diamoschu, dian-  
thos,

rhos, confectiones variae, imprimis alkermes completa  
 &c. suavi exhalatione atque odore osculis communicato  
 debilibus ægris conformatiōnem & refectionem conciliant,  
 qualia oscula, sanis data, aliquando cereis subiectis phil-  
 erum naturale esse solent, quæ propterea & animo &  
 corpori grato, amena & salubria existunt: ita postha-  
 bito morali intuitu & effectu, oscula, ita comparata, na-  
 turali etiam qualitare & efficacia, ni individualis aversatio  
 & idiosyncrasia intercurrat, viribus etiam corporis robo-  
 randis utilia & congrua sunt. Præterea ex observationi-  
 bus medicis constat, quod salubres oculorum effectus  
 interdum vi cooperantis imaginationis, aut flagrantis desi-  
 derii adscribi debeant, qualem casum allegat RÖM MELIUS  
 in A. N. C. Dec. 3. on. 2. obs. 218. sub tit. tertiana basis cu-  
 rata: qua historia, recensetur juvenem quendam, perti-  
 naci tertiana diu laborantem, nullo remedio levatum, ne-  
 dum curatum, ardente desiderio osculandi certam & pul-  
 chram virginem correprimum, voti sui compotem factum, ab  
 eadem diuturna febre inde liberatum fuisse: addit author  
 ille p. 340. 341. an osculis, basis & suaviis medicinalis vir-  
 rus sit adscribenda, penes alios judicium esto: quanquam  
 non dubitandum cum animi patetemata, ut quoridie experi-  
 mur, multas & magnas in economia animali causentur alte-  
 rationes, ea etiam non parum ad curationem morborum con-  
 fevre posse: pergit porro. Recordor me legisse casum cu-  
 jusdam febre pestilenti, vel potius peche ipsa periculoſissime  
 decumbentis, qui morbo gravissimo non obstante, ab ample-  
 xibus amatoris & cohabitatione Amorillidos suæ sanitati  
 fuit restitutus: cum ramen grossantibus istiūmodi conca-  
 giosis & venenatis morbis, re & voluptate venerea, nibil  
 perni.

*perniciosus a practicis censeatur: quem casum PAULLINI allegat & amplificat in Philosophischen Feierabend obs. 29. sit. Ein langwierig Fieber mit einen Kuß im Huy völlig curaret. Adminiculis partum facilitantibus annumerat LAN-*  
*GUS disp. de animi commotionum vi medica §. 36. animum*  
*erectum, bilarem, de quo inquit: parane vero illum solæ ad.*  
*boreationes, aut oscula tremebunda a marito inficta, sœpe*  
*felicius, quam confortantium ac analepticorum apparatus*  
*omnium.*

## §. IV.

Quod autem oscula facile pernicioſa evadere queant, nunc in ordine indicandum & demonstrandum erit. Quorumcunque igitur valetudiniorum aut ægrorum statutus præternaturalis cum officio pulmonum, oris, faucium & naribus peculiarem connexionem habet, horum oscula, aliis data, nocivo & sanitati alterius pernicioſa esse possunt & solent: nam os ori admotum aut exspiracione & halitu morboſo, aut plane contagioso, aut salivæ mutua commixtione, aut proximo & immediato contactu morbiſca seminia & effluvia propagare & communicare ſolent: quod enim ad expirationis rationem attinet, tunc varia effluvia e pulmonibus, trachea, larynge, pharynge, æſophago, palato, naribus & iſpis plane cranii ſinibus exhalant, quæ interdum adverſa & nociva ſunt. Nunc autem in ordine notandum est, quod nonnulli homines partim ob rationem temperamenti, præcipue melanabolici & cholerici, partim ob qualitatem vitæ generis, diætae & regiminis magnam maſſæ ſanguineæ, indeque etiam totius corporis impuritatem acquirant, id quod ex iſpicio ſanguinis, transpirationis inſensibilis, fudoris & expirationis fatore manifeſtum

sum evadit: varia hujus observationis testimonia allegare possemus, sed pauca sufficiant conf. GALENUS Comment. in 6. Epidem. 4. t. 25. Mare. PANSA de Vita prorog. Part. Theor. Spec. c. 40. n. 12. p. 160. Rod. CASTR. L. 3 de Meteor. Microcos. cap 4. MAYS Prax. Chir. dec. 2. obj. 6. Sim. PAU-  
 LI de febb. malig. p. 15. HAGENDORN Cent. 3. bisf. 93. GAR-  
 MANN. de mirac. more. L. 2. tit. 8. ff. 27 29. Zac. LUSIT. Pr.  
 adm L. 3. obj. 44. & talis mephitis pure homini osculis, ba-  
 litu, offlatu & saliva communicata, non solum adversa &  
 molesta, sed plane perniciosa & sanitati praejudiciosa exi-  
 stit: BARTHOLINUS in Act. Hafn. Vol. 3 obseru. 19 pag. 30.  
 historiam recenset de fœmina perditissimo fætore inqui-  
 nata, cuius causam in *vicio* sanguine quaerit & accu-  
 sat: similem observationem allegat HAGENDORN in A.  
 N. C. Dec. 1 an. 2. obj. 191. & in suis historiis de fœminæ  
 fætore perditissimo, de qua refert, quæcunque etiam mani-  
 bus concrectat, vel vestimentis attringit, ejusmodi expe-  
 riuntur fætorem, plus quam cadaverosum: in priorem  
 observationem ita commentatur SACHSIUS in Scholio:  
 norunt mecum viri plurimi nostræ urbis, litteratum quen-  
 dam, qui tantum de corpore suo fætorem emisit, ut cum a-  
 liquot ante annos theriaca misceretur, & tot odorato in-  
 gredientia, una cum oleis destillatis, opobalsamo succeda-  
 neis pistillo agitarentur, attenuant fætor in hypocausto odo-  
 ratis prævaleret, & noxes adstantium graveolentia cadave-  
 rosa feriret. Talis fætor nonnullis plane nativus evadit,  
 ut illis nullam noxiam afferat, sicut id nonnullis animali-  
 bus familiare est, velut hirco, cimici, cantharidibus, mar-  
 ti fætidæ stinkier Marv, quale etiam animal illud Brasiliense est, cuius Erasm. FRANC. in Guine. und Americ. Blumen-

C

Pusch

Pusch P. i. p. 81. sq. meminit, quod *venenosum fætorem*, pro  
*armatura sua*, emittrit: talem historiam de *fætina fæto-*  
*rem cadaverosum exspirante eumque hæreditarium a matre*  
*fætorem cadaveris sub graviditate aversante communica-*  
*tum*, recenseret B. GERBER in unerfannen Sünden P. 3 c. 13.  

p. 184. sq. pertinet hoc historia, quam HORSTIUS comme-  
*moran Lib. 2. Sect. 10. Ep. p. 500.* An igitur *osculo cum talibus*  
*personis communicata, mundo, grata, suavia & salu-*  
*bria* sint, facile judicare licebit, dum *volatilis* talis halitus,  
*aliis plane peregrinus* simulque non tantum *adversus*,  
*sed personali mixtione humorum totiusve reliqui corpo-*  
*ris damnosus & pestifer evadit.* Ejusmodi *individualis*  
*impuritas* non modo *salivali*, velut valde *fermentabili* hu-  
*mori* se immiscet, ideoque cum *osculo* cito communicatur,  
*sicut rabiorum hominum & animalium morsus celeri-*  
*mam infectionem causantur, ut & *venenatorum* animalium*  
*morsus, citatissimam virulentam inquinationem propa-*  
*gant, sed & quippe specifica impuritas alteri homini in-*  
*finuata certissimam noxam infert: etenim si tota massa*  
*sanguinea tali fætido inquinamento infecta est, omnes sa-*  
*ne partes corporis fluida & solida eadem impuritate la-*  
*borant, ut cum tali homine haud secure, velut cum pesti-*  
*lentiali & leproso proprius conversari salubre & consul-*  
*tum* sit. Ita etiam ex nonnullorum Sudore judicare licet  
*de intemperie* totius massæ sanguineæ: id confirmant  
*multorum medicorum observationes & testimonia, de fæ-*  
*tido Sudore universali & particulari, videlicet pedum, ala-*  
*rum &c. cuius fætoris causas indagare & indicare hoc lo-*  
*co non placet, id saltim significamus, quod proximiior*  
*conversatio cum istiusmodi hominibus, nec tuta, nec sano*  
*fit:*

fit: id quod etiam de *ratibus osculationibus* sentiendum est. conf. PLATERUS Pr. Tom. 3. de Sordidis excretionibus. WILLISIUS de Morb. convulf. cap. 9. A. N. C. Dec. 2. an. 7. epp. p. 134. RIEDLINUS Lin. Med. An. 1. Aug. obs. 19. p. 251. aliquie.

## §. V.

Ab eadem ex parte causa, videlicet universalis *Sanguinis impuritate*, vel *generica*, vel etiam *specifica* & hac quidem aut *Scorbutica*, aut *Venerea*, aut *purpurata*, aut alia, provenit, ut variæ fœminæ, tempore *mensum fluentium* & sibi & aliis *adversum* emitant *factorem*, qui non solum *olfactum male ferit*, sed *sensibilibus personis insalubris evadit*: *oscula* igitur a *ratibus* fœminis data aliquando causantur *nauseam*, *cardialgiam*, *vomitum*, *capitis dolorem*, *pustulas oris* &c. describuntur tales fœminæ menstruatæ fœrentes a VALENTINI Prox. infall. Part. I. in Nosocom. oecademy. Cas. XI. p. 621. PAULLINI Cent. 2. obs. 96. Mart. LESTERO de Humorib. cap. 45. p. 416. LENTILIO in Eteodr. med. Praet. p. 34. Bresl. Geschicht 24. Vers. p. 456. SCHURIGIO Parthenol. Sect. 2. c. 10 §. 5. p. 217. sq. undecunque autem hic fœtor ortum dicit, sive a *virtuosa dieta*, sive *pravis moribus* & *animi pathematis*, præcipue ira, lascivia, unde etiam *decolor* Menses proveniunt, sive *malo regimine*, s. *labe uteri*, sive aliunde, ita tamen ille *rotundum corpus* inficit, ut *eo tempore*, quo ingruunt arque succedunt peculiaris *alteratio omnium functionum*, ad *economiam vitalem* pertinentium, contingat, inde etiam evenit, ut *oscula a ratibus* fœminis illata, aliis subjectis, imprimis *sensibiliibus* & facile corporis alterationibus obnoxii, *noxam* quandam inferant: magnus enim *uteri consensu*

sensus cum reliquo corpore occurrit, quem seorsum explicavit BAYLE in diff. de Consensu uteri cum reliquis partibus, quem consensum etiam confirmat PAULLINI Cent. 3. obs. 31. de fætore ex hæitu spirante, a tuberculo in uteri vagina proveniente: quare WILLIUS tr. de itineribus philatrorum germanorum p. 135. adeo impurum describit menstruum sanguinem: quemadmodum genitalis liquor in libidinis foeminae largius sub Mensum successu ad urem profluius, cum calido sanguine menstruo mixtus, eximum orgasmum, indeque provenientem volatilern exhalationem, in sanis subiectis sec. quorundam opinionem calendulae odorem, qui tamen hanc gratus & suavis est, referentem, causatur, in aliis autem fætorem manifestum excitat; quare menstruæ foeminae facile vel proximiori sua præsentia, vel contactu, afflau, aut manuoli tractatione substantias facile alterabiles & mutabiles, præcipue autem fermentabiles, aut magis, aut minus offendere solent, ut sunt teneri flores, vinum, syrapi liquidi, aquæ destillatae suaveolentes &c. cum hac observatione convenit alia animalogia, quando subiecta utriusque sexus affectu suo valde lasciva hircinum emitunt fætorem, unde hircum redolere dicuntur homines, præcipue adolescentes, dum coire incipiunt, vid. SINIBALDUS in Geneantr. Lib. 3. tr. 3. r. 9. p. 311. ZACCHIAS Qu. Med. Leg. L. 1. tit. 1. qu. 4. n. 42. 43. L. 3. tit. 1. qu. 2. n. 5. MARTINUS Lex Philol. voc. Hirucus inquit: hircus odor axillarum instar bircorum fætens, qui fætor in libidinis ex sudore, pilis alarum adbærente, gravis percipitur. conf. FOESII æconom Hipp. voce τεάγος, quam accepta igitur, grata & salubria ab ejusmodi graveolentibus expectanda & admittenda sint oscula, facile jadicare

dicare licet: de quibus illud PAULLINI valet in der Zeit  
fürsenden Eust P. 2. obs. 15. p. 137. Die alte triefaugige Kno-  
chen-Thiere (i. e. Kinder-Wärterinnen) mehnens ja herzlich  
wohl, wenn sie den Kindern ein Schmäckgen geben, und da-  
durch zehn Unheil an Hals werfen: nam talis *fætida humorum* qualitas sua *pravitate* duplicatur in *ore*, ob commer-  
cium & miscelam *salivæ*, que impuritates assumit atque  
auget, dum intestinum, præcipue fermentativum mo-  
tum variis liquidis conciliat: conf. BOHNIUS *disp. de Men-*  
*str. univers. animi* §. 9. BLANCARD. *Opp. Med. Tom. I. insti.*  
*medic. c. 7. p. 211.* MEIBOM. *disp. de chylif. § 60.* LISTER *de*  
*Humor. c. 12.* BOERHAAV. *insti. med.* Nec negandum  
quidem est, quod sec. ARISTOTELEM *Lib. 13. probl. 8. & 10.*  
fætor a *prohibita transpiratione* proveniat, quando ex-  
crementitiae sulphureo-salinæ substantiæ ex parte volati-  
les denuo massa *sanguinea intermixentur* & in illa *novo*  
*impuritatum augumento* deteriorantur, ut interdum *peri-*  
*culeosi* inde morbi oriantur; nihil tamen minus *intrinse-*  
*cus* pravi tales humores generantur, quin ad *sanguinis*  
*depravationem & insignem intemperiem* contribuant, un-  
de ab HIPPOCRATE & aliis post illum *priscis medicis vi-*  
*ziosus*, impurus & *fætidus mensum* status, corruptæ &  
putridæ alicui affectioni adscriptus fuit, quoniam sec. an-  
tiquorum sententiam fætor pro *putredinis comite & pro-*  
genie habitus fuit.

## §. VI.

Cum osculis porro communicantur *inquinamenta*  
& miasmata variorum *morborum*, imprimis infectionis  
*scorbuticæ, venereæ, purpuratæ, petechialis, scabiosæ, lepro-*  
*sæ, pestilentialis, & aliarum contagiosarum specierum:*

quarumlibet enim harum afflictionum *materialis* fomes,  
 ita *subtilis* est, ut non modo *volatile* qualibet tran- & ex-  
 spiratione in alios transferri, sed & *salivali* vehiculo &  
*oris affatu* atque halitu facile propagari valeat: ideo  
 plurimis prædictorum familiare est, ut *ulceroſa* infectio-  
 ne, *Salivatione*, tumoribus &c. videlicet *Stomacace*, *ap-*  
*thitis*, *angina*, *metastasi parotitica*, actualibus *ulceribus*, ex-  
 crescentiis &c. complicantur, sicut *immediate* exhalatio-  
 nes illæ specificæ, *malignæ* ex *ore* in *os* communicantur:  
 quod *Scorbutus* per *oscula* propagetur, commune testi-  
 monium fere omnium eorum probat, qui de *Scorbuto* pe-  
 culiari studio egerunt, quo præcipue referimus SENNER-  
 TUM *Prox. Med. L.3. P.5. Sect. 2. c.3.* HORSTIUM tract. de  
*Scorb. §.18.* & in *Opp. Tom. II. Lib. 7. obs. 34.* DRAWITZ.  
*lib. sing. de Scorb. p. 43.* FONSECAM *Tom. I. Conf. 2.* ROL-  
 FINCK. in *Epit. Method. cognosc. & cur. L.3. c.12.* MARTIN.  
*Lib. de Scorb. p.60.* EUGELINUM, SCHENCK. *Genarb. Dec. 4.*  
*disp. 8.* SCHURIGIUM in *Sialog. c 5. § 5. p. 172.* & innume-  
 ros alios: nec multis testimoniosis opus est, quod *venereo* in-  
 feccio brevissime, *facillime*, *efficacissime* & *celerrime* *osculis*  
*transcendentalis* evadat, cuius miasma *salivali* humeri  
 imprimis accommodatum existit, quare ut plurimum cum  
*illa* lue *fauicum* afflictiones conspirant, iterumque sec.  
 communem morem per *os largiori* *salivæ* excretione hoc  
 inquinamentum *eliminatur*. Et quoniam hoc venereum  
 miasma non solum ad *fermentativam* extensionem, sed &  
*volatilem* *diffimationem* valde proclive est, ideo sub *os-*  
*culis* *halitu* & *saliva* proxime in *alterius* *os* transfertur,  
 ac illico denuo immediate cum *nova* nondum infecta *saliva*  
 permiscetur, indeque cito *longe lateque* per *relicuum*  
 corpus

corpus distribuitur: testes hujus observationis plurimi illi sunt, qui *bujus Luis genium specialius* explicaverant, quorum varios allegavit SCHURIGIUS loc. cit. f. 6. p. 174 sq. Et quis dubitare ulla ratione poterit, quin singuli *alii contagiosi*, præcipue pestilentiales morbi præter *alios modos etiam certo & cito cum oculis transferantur*, siquidem *exspiratio talium ægrotantium communiter facta est*, ideoque iterum cum *saliva effluvia maligna* cirrissime corpori hominis, adh. comparate *puri*, insinuantur: e multis testium hoc loco provocamus ad MERCURIALEM Lib. de decorat. c. 29. FERNELIUM Pathol. Lib. 4. c. 17. GARMANNUM de mirac. mort. Lib. 2. tit. 2 f. 33-35. Non male igitur sentiunt variii medici, quod *miasma pestilentiale*, aliudve *contagiosum* epidemicum ex parte cum *Saliva corpori insinuantur*, hinc etiam præcipiunt, ut ad *præservandam pestilentialem infectionem sani* adhuc homines frequenter *Salivam expucent*, vid. BAGLIVUS de fibra morrice, BOHNUS in offic. med. dupl. P. 1. c. 15. p. 325. A. N. C. Dec. 1. an. 10. obs. 170. SCHURIG. loc. c. c. 4. f. 50 p. 152 sq. Quod *purpurato seminio infecti specificam volatilem massæ sanguineæ intemperiem contineant*, testatur *sudor* eorum valde *penetrans*, quo inquinamento etiam *saliva* contaminata est, quod seminum propterea & *halitus* & *sal. voli* aspersione sub *oculis* transfertur, & non tantum in alterius corpore *eandem specificam*, sed aliquando *magis perniciosem noxam dat & excitat*. Haud aliter sentiendum erit de *Scabiosorum, leprosorum aut maligno ulcere* laborantium qualitate corporis *contagiosa*: de quibus affectibus attenti & periti medici sufficienter testantur, quod *eadem contagiosa* qualitate in *aliorum corpora* propagentur: nam ipsum illud mias-

miasma æque subtile, mobile & volatile, deinde copio-  
sum & per *omnes* corporis partes fluidas & solidas disper-  
sum est: quare salivalis humor & organa *salivæ* secretio-  
ni, collectioni & translationi dicata, *hoc* inquinamento in-  
fēcto sunt, ideo *ejusmodi* ægrorum *exspiratio* quoad odo-  
rem & soporem alterata, imo plane fœtida & aduersa obser-  
vatur, & oscula eorum æque nauseosa & perniciosa esse  
solent: quidquod observatio medica selectis casibus testa-  
tur, praematurom fonticulorum aut chronicorum ulcerum  
*consolidationem*, aut *ptyalismum*, aut *salivæ* & *exspiratio-*  
*nis* depravationem provocasse: sicut vicissim nonnulli  
fœtores fonticulis operis iterum correcti & curati legun-  
tur. conf. *Zac. LUSIT. Pr. adm. L. i. obs. 102.*

## §. VII.

Selecta porro atque memorabilis observatio practi-  
ca est, qua *Pbribis* sape *contagiosa* deprehensa fuit, de qua  
*SCHURIGIUS* multa testimonia congregavit in *Spermatoz. c. 12.*  
*§. 8. p. 559 sq.* *huc quadrat assertum Arnoldi VILLANOVA-*  
*NI in Specul. introduct. medicinal. c. 88. de reb. contr. nat.*  
*ita inquietis: omnes illi morbi sunt contagiosi*, qui corpo-  
*ribus imprimunt ex approximatione ipsorum ad corpora pa-*  
*tientia, morbos illos & hi communiter sunt lepra, scabies,*  
*variolæ, febres pestilentiales, apostemata venenosa, maxime*  
*in locis angustis, epidemia, pbribis, baras & scropbæ:* illu-  
*strat præsentem annotationem demonstratio *Zac. LUSIT.**  
*in Prox. Histor. Lib. 2. c. 10. quæstione: utrum pbribis sit*  
*morbus contagious, afferentis, in hoc affectu concurrunt*  
*omnes ad contagium conditiones requisite: vapor enim qui*  
*ab ulcere pulmonis per parentes exhalat respirationis vias,*  
*est putridus, lensus, facile inficiendæ parti adbarens, molli-*  
*gnus*

gnus & eructatus per expirationem, ex peccore similem affectum producere in alieno corpore fere enim ad somitem phthisici, renascitur phthisicus, & sic de ceteris, ob sympathiam, quam unum membrum cum alio habet, conf. P. ZACCH. Qu. M. Leg. Lib. 9. tit. 10. qu. 4. num. 7. Id igitur cerrum est, quod phthisici valde fætidum halitum emitant, quo cum effluvia copiosa terra ulcerosa expirant, quæ ab aliis sanis, frequentius & proximus cum ejusmodi ægrotantibus conversantibus, intra pulmones inspirantur, ac illico ob convenientiam substantiæ laxioris membranose similem effectum ulcerascentem & depascentem edunt: talis translatio & communicatio ejusmodi corruptelæ facilius, certius atque citius contingit, quando sani homines cum ægris talibus ex uno vase bibunt, aut crebrioribus osculis se mutuo amplectuntur, adeoque immediate fætidum illum halitum proxime loco morboſo in alterius & proxime ad pulmones sanos transmittunt. Simile quid contingit, quando quidam homines ulcere maligno scorbutico, venereo, cancroſo, fistuloso in capite, collo &c. laborant, unde sub multis osculantibus amplexibus exhalationes tales malignæ in alia corpora transmigrant: in quam seriem contagio propagandorum affectuum quidam strumias ulcerascentes referunt: conf. ZOC. LUSIT. M. P. H. Lib. 1. bishor. 84. quæſt. 49. ubi asseritur & demonstratur, Struman esse contagiosam, quo loco auror ille profitetur: si locus cutaneus & externus est, quo magis integrum minusque mutata efflata aura, faciliter inficit vicinum corpus: hinc strumæ, tinea, scabies, elephantia, gallica lues, impetigo & multi alii curanei morbi promptius contagium inducunt, quoniam præter vaporem lentum & pravum partem occupant externam. Et quid

D

de

de illis dicamus, qui *interno Sphacelo, ulcere cancroso ute-*  
*ri, fredo & chronicō fluore alvo laborant, aut qui philtro*  
*& veneno infecti sunt, qui non solum abominabilem fa-*  
*torem e loco affecto & externo corpore, sed etiam balis-*  
*tu suo emitunt, quas pernicioſas exhalationes variis mo-*  
*dis, quin iplis osculationibus disseminare aliorumque cor-*  
*pora inficere & morboſo affectu laedere solent. Præterea*  
*cautela commendanda est, ne facile epileptici homines*  
*vel brevi ante insultum, vel sub illo, vel mox post illum o-*  
*sculis foveantur, nam talium miserabilium personarum*  
*saliva valde commoveretur & in vehementem orgamum*  
*conjicitur, quæ aliorum adspersa labiis omnino perniciem*  
*causatur: licet nonnulli sec. ficitiam theoriam de Archæo*  
*irato & furioso cum sputo & inspuratione in epilepticos*  
*preservationem contra Epilepsiam procurare non verean-*  
*tur, de quo supersticioſo experimento vid. WEDELIUS in*  
*Exercit. Med. Philol. Cent. 1. Dec. 4. Exerc. 8. & in A.N.C.*  
*Dec. 2. an. 6. obs. 213. de Morbo insputato & Mercurialis in*  
*Medic. Pracl. L. 1. c. 26. attamen ipsum Epilepticorum spu-*  
*lum glutinosum & spumosum, utique noxiū manet. Por-*  
*ro hominum gravi melanboliae gradu laborantium, aut*  
*furiōſorum Saliva valde incitata & orgastica, æque ac ani-*  
*malium rabiosorum salivalis humor, qui alias in hominibus*  
*pariter ac brutis sub hoc affectu largiter ad fauces profluit,*  
*maligna, contagiosa & morbisica est, quale exemplum al-*  
*legat PALMARIUS de morb. contag. p. 329. haud securum*  
*igitur est, a talibus subjectis oscula accipere, aut iisdem fer-*  
*re, ne idem malum in mente sanos transferatur: quæ obser-*  
*vatio cum Hydrophobia translatione per oscula con-*  
*firmatur: plurimi igitur Scriptores, qui hujus sonici af-*  
*fectus*

festus historiam recensent, hujus etiam observationis mentionem injiciunt; multos tales testes allegavit SCHURIGIUS in *Sialogia c. 6. ss. 28. 29. & c. 7. ss. 36.* Haud aliter judicandum est, de hominibus *extremo ira* furore flagrantibus, quorum *saliva æque perniciosa* est, unde cum illis oscula miscere, aut illos osculis tranquillare & lenire velle, *nunquam salubre* est: hinc experientia probat, quod Hydrophobia etiam a *vehementi indignatione* orta sit: conf. A. N. C. Dec. 3. an. 10. app. p. 249. A. E. L. An. 1707. p. 147. An. 1706. p. 456. SCHURIGIUS l.c. c. 6. ss. 14.

## §. VIII.

Quam *aduersus*, nauseosus & infensus sit *fætor oris*, multa probant testimonia: *domestica* observatio est, quod variis hominibus saltim in *domestica* aut *populari* conversatione & familiaritate *halitus oris* *cepacious*, *oliaceus*, *tabacinus*, *caesofus*, aut *spiritu ardente* refertus, valde *fastidiosus* & nauseosus existat, ut propterea ab ejusmodi fetorem spirantibus alii discedere teneantur; quare ap. Græcos, illis, qui allium comedenter, prohibitum fuit, templo Deorum intrare; referente ATHENÆO *Lib. X. Dipnosopb. cap. 16.* & Job. MEURSIO *Lib. 3. arb. bibl.* Tanto magis autem oscula tam *fætida*, aduersa & noxia sunt, si *putidae* & fœtentis tales exspirationes ab *ulcere pulmonum*, aut *oris scorbutico*, *venereo*, aliove *maligno*, a *gingivarum* & dentium corruptione, ab *ulcere narium* (de quo fœtore hinc proveniente vid. P. ZACCHIAS *Qu. M. Leg. L. 8. tit. 1. qu. 8. n. 7. & 11. cum not. Franci*) similibusve causis proveniunt; quales varias docte congressit RITSCH in *Theol. Jurist. Medic. Geschichten P. I. Gesch. VIII. p. 268. sq.* talia igitur oscula activo & passivo respectu fugienda sunt: ita RIED-

LINUS Lin. Med. An. 3. obs. 20. p. 629. Mens. Septembr. de oris  
 factore, vomitum movente testatur: quando halitus oris  
 factore quodam molestus est, quando tales homines bircum  
 olent cum quibus conversari opus habet, quod quidem variis  
 de causis contingere solet, semper vero de latentibus in tali  
 corpore corruptis & peregrinis salibus scortentibus humoris  
 testatur, tantum abest ut propter ejuscemodi halitus, ut  
 potius vario mola eodem mediante & aliis communicentur:  
 obsignat denique hanc historiam tali monito & cautela:  
 tu vero qui ejuscemodi homines evitare non posse, aut fa-  
 ciem avertire, aut alio modo ab iisdem te muni, si narrora  
 & etiam graviora mola averseere volueris. Maxime autem  
 fugienda sunt oscula hominum impuro dieta fruentium,  
 pravam concoctionem tolerantium, cruditates putridas, bi-  
 liosas & acescentes in ventriculo continentium, imprimis  
 verminosorum, immundos sordidosve dentes servantium,  
 quibus ex ore rancor & pædor, velut e cloaca, exspirat,  
 imprimis præcavendum est, ne vernalæ pufionibus ministre-  
 rium familiitum præbentes, hosce fætidis suis osculis ro-  
 stro suo porcino talia damna communicent, sicut aliquo-  
 ties contingit, ut verminosa feminia & inquinamenta tali  
 modo propagentur. Neque tutum est, ut ægri corpore  
 impuro & humoribus valde impuris prædicti, aut qui antea  
 pravum, intemperatum, immundum, incastum, minusve  
 sobrium vitae genus servarunt, aut febribus malignis, aut  
 bæctica, biliosa laborant &c. oscula distribuant. Sic etiam  
 plurimi gibbosæ, ob asthmoticum statum & inordinatum  
 transfum sanguinis per pulmones aliasque causas, urplu-  
 rimus fætentem halitum habent, testantibus FORESTO  
 Lib. XIII. obs. 2. SENNERTO Pr. Med. Lib. 2. P. 1. cap. 19. &

FRAN.

FRANCO disp. de balitu humano Sect. 2. c. 12. qui propterea  
 ollis adversi & molesti sunt, delicarulis autem & sensibilibus  
 aliquando plane osculis aut *expiratione* sua noxam afferunt.  
 Mortuos denique osculis, ori eorum impressis, comitari  
 hanc securum & salubre est, quid quod apud Romanos su-  
 perstetiosum fuit: vid. Alex. ub Alex. L. 3. genial. dier. cap. 7.  
 fol. 177 cuius consuetudinis causam allegat Job. KIRCH-  
 MANN Lib. 1. de fun. Rom. c. 5. p. 25. quemadmodum peregre  
 abeuntes sic etiam morientes osculo dimittendos censuerunt:  
 hinc apud ipsos in proverbium transivit: *obit non obitis*:  
 vid. GARMANN. de Mirac. mort. Lib. 2. tit. 2. f. 30. sq. Mi-  
 nime omnium probari potest, si morbo maligno defunctis  
 oscula dantur, in quibus nihil secius e varii ostiis conta-  
 giosi vapores exhalant, conf. DIEMERBROECK de Peste L. 1.  
 c. 10. p. 48. & L. 4. bisl. 45. p. 218. qui alias facile eodem malo  
 & miasmare insciunt: quale testimonium profert RIED-  
 LINUS Lin. Medic. An. 2. Jan. obs. 25. p. 39. rite. basia mortuo  
*infixa contagiosa*. Incidit adh. in mentem memorabilis  
 observatio, quam MAJOLUS in dieb. Conic. Tom. 1. coll. 3. tit.  
 MULIER. p. 43. a. ab init. de osculo ob *imaginationem mor-*  
*risero* sequentibus refert: *novi adolescentulam ingenuam*,  
*quam cum is, qui a parentibus ipius sponsum fuerat delectus*,  
*ipsa infacia, furtiva quadam familiaritate deosculatus fuisset*,  
*istra unius bora inseruallum, tamersi summa optimaque va-*  
*letudine periret. Tanta sese affe: erat vi imaginationis, velut*  
*admissae turpitudinis. Quomobrem ne cognatio, quam jam*  
*jam staruerant parentes cum adolescente morte ejus eludere-*  
*tur, alteram sororem paulo juniorem eidem adolescenti de-*  
*sponderunt.*

## §. IX.

Hæc tractatio adh. in fine in memoriam revocat

D 3

qua-

questionem forensem, an oscula fatida, morbosā, suspectā, aut reliquā fētōr alicujus subjecti causam dissolendorum spon-  
faliōrum, aut ipsius matrimonii det; quam iea decidendam  
judicamus, quod si causa bujus virtii medica arte plene cu-  
vari poterit, nulla dissolutio locum habeat, si vero tale ma-  
lum radicatum, diuturnum, bāreditarum, cum alio intri-  
cato vitio complicatum, ideoque plane incurabile extiterit,  
aut si tale malum dissimulatum, fucatum & certis palliativis  
mediis aliquandiu absconditum & correctum fuerit,  
quod tamen radicetus extirpari & curari non potest, tunc  
justam & certam causam istiusmodi dissolutionis præbeat,  
imprimis autem si tale vitium ante sponsalia & matrimo-  
nium præsto fuit: hinc STRUVIUS disp. de Jure divorcio-  
rum c. 5. n. 24 inquit: notandum de fētōre habitus, licet gra-  
vissimus & plane intolerabilis sit, nunquam sufficiens dissol-  
vendi matrimonii existat, bene tamen Sponsalia, sub hac ta-  
men limitatione, si sc. fētōr gravissimus & adeo molestus, ut  
sine nausea alter alteri jungi non possit & sponsalibus super-  
venierit, nec antea extiterit, alias sibi imputabit conjux, quod  
non obstante fētōre bac contraxerit sunt verba STRYKII  
de Jur. Sens. disp. 5. cap. 2 n. 10 sq. p. 297 qui conferendum:  
vid. VALENTINI Pandect. Medic. Leg. P. 1. Sect. 2. cas. 10.  
RICHTER digesta medica Dec. 6. cas. 5. p. 315. FRITSCH. I. c.  
p 274 sq. P. ZACCH. Qu. Med. Leg. L. 9. tit. 10. qu. 5. n. 15. sq.  
Ex singulis hactenus dictis patet, quam prudenter & cir-  
cumspicte cum quibuslibet osculis sive reconciliatoria, s.  
valedictoria, s. conjugalia, s. observantiae, s. clementiae, s. re-  
verentiae, s. religiosa, s. mystica, s. profana fuerint, proce-  
dendum sit. Denique ad illustrandam præsentem tractatio-  
nem iterato commendamus Petri MÜLLERI dissertationes

*de osculo Sancto & nocivo, ut & D. Pauli ROMANI differt, de osculis, Erasm. FRANC. Ruhē-Stunden P. III. rr. 5. p. 134. sq.  
de venenoſo osculo, Joc. HERRNSCHMIED Osculologiem.  
RITTERSHUSII diff. de Osculis. Mort. KEMPIUM de Osculo  
in genere & de osculo Iude. NICOLAI Exercitium philog.  
de osculis. Veneramur tandem religioso osculo divinam  
bonitatem, quod præsentem laborem benedictione sua &  
bono successu prosequi ac comitari voluerit: rogamus in-  
super Optimum & cœlestem rerum humanarum modera-  
torem, ut singulis nostris probis & honestis conatibus pro-  
sperum largiatur progressum eosque ad salutarem dirigat*

F I N E M.

NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO  
**DOMINO CANDIDATO**

*Managiorita precatur*

P R A E S E S.

**D**E osculo hypocritico illud ISIDORI Lib. X.  
valet, quod a tali detur, qui dum intus malus  
est, bonum se palam ostendit & more antiquorum  
in spectaculis sub contecta & larvata facie, ali-  
um animum offert, & qui falso vultu incedit, simu-  
latque quod non est: quemadmodum autem talis si-  
mulatio omnibus probis & honestis mentibus foeda  
& detestabilis est, ita illius malitiosus fucus & dolus  
facile summa cum ignominia manifestus evadir, ut  
huc

huc CICERONIS effatum quadret Lib. 2. offic. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: facta omnia celeriter, tanquam flocculi decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum; tale igitur osculum merito cum Læl. Bisciola horar. subcifiv. L. 7. c. 13. proditorium nominare possum, quod mortiferum est, & dum vitam, commoda, & salutem alterius simulat, mortem tamen, damnum ac oppressionem intendit, ut interdum Judæorum & Romanorum oscula, sic dicta *Emortualia*, ex hac vita migrantibus data, ingenua magis fuerint, teste KIRCHMANNO de funer. *Roman.* Emerico CRUCEO in Commentar. in Statuum & Bourdelio in not. ad Heliodor. Sicut autem oscula, morali simulatione corrupta, perniciosa sunt, ita alia sincero animi affectu distributa, physica ratione alteri tamen noxam inferre, & homines cariosis aut verminosis dentibus prædicti, cum osculis eandem labem aliis communicare solent; inter alias causas, quibus contagium tenellulis infantibus inferri, indeque etiam latius disseminari solet, oscula talia nonnunquam accusanda sunt: ita mihi constat nobilis familia, in qua tragicum tale malum hoc modo per octo personas propagatum fuit, dum nutrix, venerea lue infecta, hanc impuritatem in latenter infantem transtulit, unde idem virus mediabantibus osculis in plures germanos, ipsosque parentes delatum fuit: eadem etiam via atque causa infantilis & puerilis ætatis subiecta sub mutua familiaris conversatione varias morbosas afflictiones invicem transferunt, ut propterea medici periti & solliciti hanc occasionem præscindere & morborum transi-

transitus, semper acerbiores & perniciosiores, aver-  
tere queant debeantque. Quanta sit nonnullorum  
hominum abominabilis exspiratio, multa historiæ  
testantur, quibus tamen singulis non præcociter &  
promiscue fides habenda erit: inter alias, perquam  
dubias tales, recenset M A J O L I in Dieb. Canic. Tom.  
I. Colloqu. 4. p. 46. a. de hominibus videlicet per con-  
suetudinem venenosis subiectis enutritis & toto cor-  
pore venenosis redditis; ubi inter alia differit Re-  
gem Cambajæ ferunt ab infantia veneno enutritum,  
tantæque eum esse lethalis naturæ ipso halitu, ut vel  
muscas accedentes interimat solo tactu, tactu enim et-  
iam ipso non animadvertente moriuntur, ut testatur  
Odoardus Barbosa. Tales lethiferas exhalationes ex  
sanguine & halitu fætido pestilentiali allegat Zacut.  
L U S I T . in Prax. admir. Lib. 3. obs. 44. quo loco ad  
suffragium Rod. C A S T R E N S . in meteor. Microcosm.  
Lib. 3. cap. 4. & FORESTUM de febb. Lib. 1. obs. 16.  
D I E M E R B R O E C K . de Peste Lib. 1. cap. 10. pag. 48.  
aliosque provocat. Hanc observationem NOBI-  
LISSIME DOMINE CANDIDATE dignam æ-  
stimasti, ut speciali themate de Osculo morbifico &  
lethifero clarius & disertius disserveris, in quo in-  
stituto feliciores progressus facere potuisti, poste-  
quam in almo nostro Lyceo per quadrienne tempo-  
ris spatium in Scholis probatorum Virorum selecta,  
exquisita ac constanti solertia profectus in Scientia  
& Peritia Medica fundatos ac laudabiles collegisti, e-  
gregiamque utriusque copiam atque cimelium com-  
parasti, ut propterea ab Inclito Medicorum ordi-  
ne nostro ad adipiscendos Summos academicos ho-

nores dignus judicatus fueris, dum non solum in  
consueto solemini Scrutinio præclarum talem opti-  
marum Scientiarum thesaurum probasti, sed & reli-  
qua proba, honesta, modesta atque mansueta virtæ  
ratione inter nos Te commendasti. De hoc com-  
mendabili & laudabili vita academicæ decursu &  
honoribus Doctoralibus nunc excipiendis gratulor,  
optoque ut omnia Tibi ex sententia & ad bona vota  
atque omina felicissime eveniant, nec non sub pe-  
renni animi corporis integritate & firmitate Pra-  
xeos medicae officium prosperrime exequaris, fru-  
ctusque saluberrimos industriae Tuæ academicæ lar-  
ga messe colligas. Vale. Dab. Hal. Magdeb. No-  
nis Aug. A. R. S. cccc xlv.

---

\* \* \* \* \*

**E**r äusse Zierath macht den Werth des Do-  
ctors nicht:  
Was nützt Biret und Ring und hoher Rang und Titel,  
Wenn die Erfahrung fehlt und Wiz und Kunst ge-  
bricht?  
Ein siecher Leib verlangt nichts als Genesungs-  
Mittel,  
Sieht den geschmückten Arzt gar bald verächtlich an;  
Wofern er ihm mit Rath und That nicht helfen kan.  
  
Erfahrung, Wiz und Kunst und Fleis und Treue,  
mus  
Den neuen Doctor erst recht ins Geschick bringen,  
Sein

Sein aufgeräumter Kopf, sein niemahls müder Fuß  
Muß bald Morbonens List und Mortens Macht be-  
zwingen;  
Wenn dies zusammen sich in einem Arzt vereint:  
Da siehet man mit Lust, daß Rath und Hülß erscheint.

Dies ist, gelehrter Freund! izt meiner Wün-  
sche Grund,  
Der Du Hygeens Kunst so gründlich ausgespüret,  
Dß Dich Dein muntrer Wiz und Dein geübter  
Mund,  
An diesem Tage mehr, als Ring und Mantel, zieret;  
Des ewgen Arztes Huld sey ferner Dir geneigt:  
So seh ich schon im Geist, wie hoch Dein Glücke steigt.

Just Israel Beyer,  
J. V. D. & Phil. Prof. Publ.

---

Gratulor eximios quos nunc acquiris honores  
Cum post sudores proemia digna capis.  
Hinc TIBI Victori cinguntur tempora docta  
Lauro, quam grata nequit Hygea manu.  
Felix ter felix vivas suavissime Amice  
Ceu Libani Cedrus cresce vigeque diu.

*In honorem Clarissimi Domini Can-  
didati perpetuamque memo-  
riam apposuit*

J. S. John,  
Halens. Med. Cult.

Biel

Hiel Glücks! zum neuen Doctor-Hute,  
Geehrter Freund, er steht Dir fein.  
Man hoffet von Dir vieles Gute;  
Gar recht! ich selbst kan prophezeyn:  
Dass Dein durch Fleiß erlangtes Wissen  
Der halben Welt wird dienen müssen.

So oft als gegen Schmerz und Seuchen  
Dir künftig hin ein Sieg gelingt,  
Der Dir gecrönte Sieges-Zeichen,  
Und hochgeschätzte Beute bringt, Geld  
So glaub ich wünsche mit Vergnügen,  
Dass Du sein oft so mögest siegen.

Hiermit wolte dem Herrn Doctoran-  
do seine schuldigste gratulation  
abstatten und sich zugleich dessel-  
ben gütigen Andenken bestens  
recommendiren


F. G. Georgi,  
Oppon. Halens. Med.C.



00 A 6399







DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
DE  
**OSCULO MORBIFICO**  
**ET MORTIFERO,**  
**Son schädlichen und tödtlichen Kuss,**

*Quam*  
AUSPICE DEO PROPITIO,  
Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Medicæ,  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,  
P R A E S I D E  
**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**  
SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES.  
SORE PUBLICO ORDINARIO, etc.  
FACULT. MEDICÆ SENIORE, DECANO SUO SPECTATISSIMO,  
*Domino Patrono, Praeceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,*  
**PRO GRADU DOCTORIS**  
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE.  
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,  
HORIS LOCOQUE CONVENTIS  
ANNO MDCCXLVI. D. AUG.  
*Publicæ ac placide Eruditorum ventilationi subjecie*  
RESPONDENS  
**JOHANN GOTTLÖB HENTSCHEL,**  
BISCHOFFSWERDA MISNICUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.